Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



YAS

tis et audietis me: bona terre com-
edetis. Quod si nolueritis et me ad i-
racundiam provocaveritis gladius
devorabit vos. quia os domini lo-
cutum est. Quomodo facta est meretrix
civitas fidelis plena iudicii.
Iustitia habitavit in ea. nunc autem homi-
cide. Argentum tuum versum est in
scoriam. et vinum tuum mixtum est aq̃
Caupones tui miscent vinum aqua.
principes tui infideles socii furum.
Omnes diligunt munera. sequunt
retributiones. pupillo non iudicant
et causa viduae non introeditur ad eos.
Propter hoc ait dominus deus exer-
cituum fortis israel. Heu ego consola-
bor super hostibus meis. et vindicabor
de inimicis meis. et convertam ma-
num meam ad te. et excoquam ad
purum scoriam tuam. et auferam
omne stagnum tuum. et restituam iudi-
ces tuos ut fuerunt prius. et consili-
arios tuos sicut antiquitus. post hoc
vocaberis civitas iusti. urbs fidelis
Sion iudicio redimetur. et redu-
cent eam in iustitiam. et conteret sce-
lestos tuos. et peccatores simul. Et qui
reliquerunt dominum consumetur. Con-
fundentur enim abydolis quibus sa-
crificaverunt. et erubescetis super ortis
quos elegeratis cum fuisti velut qui
cus. et cerebinthus defluentibus folius
et velut ortus atque aqua. Et erit for-
titudo vestra ut stipula stupe. et op-
vestrum quasi scintilla. et succende-
tur utrumque simul. et non erit qui
extinguat. II
Verbum quod vidit ysaias filius amos super
iudam et hierusalem. Et erit in
novissimis diebus paratus mons
domus domini in vertice montium
et elevabitur super colles. et fluent
ad eum omnes gentes. et ibunt po-
puli multi et dicent. Venite ascen-
damus ad montem dominum. et ad do-
mum dei iacob. et docebit nos vias
suas. et ambulabimus in semitis
eius. quia de sion exibit lex. et verbum
domini de hierusalem. Et iudicabit gen-
tes. et arguet populos multos. et conflabi-
bunt gladios suos in vomeres. et lanceas
suas in falces. Non levabit gens con-
tra gentem gladium. nec exercebi-
tur ultra ad pelium. Domus ia-
cob venite. et ambulemus in lumine
domini dei nostri. proiecisti enim po-
pulum tuum domum iacob. quia
repleti sunt ut olim. et augures ha-
buerunt philistiim. et pueris alien-
ad heserunt. et repleta est terra auro
et argento. et non est finis the-
saurorum eius. Et repleta est terra
eius equis. et innumerabiles qua-
drige eius. Et repleta est terra eius
ydolis. opus manuum suarum. adora-
verunt quod fecerunt digiti eorum
Et curvabitur homo. et humilia-
bitur vir. Ne ergo dimittas eis
Ingredere in petram. et abscondere
in fossa humo a facie timoris. et for-
titudinis domini dei. et a facie maiestatis
eius. Oculi sublimis hominis
humiliati sunt. et curvabitur alti-
tudo virorum. Exaltabitur autem do-
minus deus solus in die illa. quia
dies domini exercituum super omnem

3